



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 220. Fœdus Bedfordiæ & Britanniæ Ducum, aliorumque contra Carolum VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. Europa firmabat, ab eoque tempore Græcorum res semper in deterius ruebant.
A.C. 1422.

§. CCXX.

Fœdus Bedfordiæ & Britannicæ Ducum aliorumque contra Carolum VII.

*Joannes
Chartier.
Histor.
Caroli VII.*

Æmulorum invidia Carolo VII. recens impositum Regni Diadema jamjam excutere paraverat. Nam Dux Britannicæ ægre ferens, mandati literas in scriniis Dominorum de Pentiveriis inventas fuisse, quibus ipse comprehendi, ac in carcerem trudi jubebatur, circa medium mensem Martium unacum suo fratre Arturo, Comite Richemundo Ambianum se contulit, ubi cum Bedfordiæ & Burgundiæ Ducibus contra Regem Gallicæ foedus pepigit. Firmarunt quatuor hi Principes suum pactum bino connubio, quippe Bedfordiæ Dux Annam, quæ ex sex illis Ducis Burgundiæ sororibus quinta erat, & Arturus Ducis Britannicæ frater Margaritam sororem Burgundi natu maximam, & Ludovici Delphini viduam sibi copulaverant. Post initum foedus omnes junctis viribus Meulanum, Crotoriam, Compendium, & Vafatas in Vasconia vi occupant, denique, ne quid malorum cumulo deesset, regicæ Caroli copiæ apud Crevenum, quam urbem

urbem haud procul ab Antifiodoro sitam Sæcul. XV.
 Saresberienſis Comes obſidebat, proſſi- A.C.1422.
 gatae fuerunt, Buckano Conneſtabili, &
 Severaco Mareſcallo, qui oppidanis ſub-
 ſidio venerant, devictis, ac mille ſelecti-
 ſimæ militiæ Viris gladio interemptis,
 totidemque in captivitatem abſtractis,
 quos inter ipſe quoque Conneſtabilis, &
 Ventadori Comes erant. Nihilominus
 inter tot ſiniſtræ fortunæ caſus unicum
 Regi ſolamen obvenerat ex primo Filio
 ſibi die quarta Julii Biturigibus proge-
 nito, cui Ludovici nomen dedit.

§. CCXXI.

*Initia Concilii Papienſis, ſeu Ti-
 cinenſis.*

Cum Conſtantiensis Synodus in Seſſio- Naucler.
 ne quadrageſima quarta decretum gener 48.
 condidiſſet, ac ipſe quoque Pontifex in ea- p. 448.
 dem Seſſione ex Cardinalium ſenten-
 tia declarafſet, quod Synodus Papiæ ce-
 lebranda eſſet; Martinus præſtituto tem-
 pore jamjam evoluto illuc ablegavit Ora-
 tores, nimirum Petrum Abbatem Roſa-
 tium, Aquilejenſis Dioceſis, & Leonar-
 dum ſupremum Ordinis FF. Prædicato-
 rum Præpoſitum. Intererant etiam non-
 nulli Franciæ, Germaniæ, & Angliæ De-
 putati, datumque eſt Synodo initium
 in menſe Majo, quamvis Ultramontani